

Septuagesima Sunday

Introit

A. Cir-cum-de - de - runt me * ge - mi - tus mor-tis, do - lo - res in - fer - ni cir - cum - de -
- de - runt me: et in tri - bu - la - ti - o - ne me - a in - vo - ca - vi do-mi - num,
et ex - au - di - vit de tem - plo sanc - to su - o vo - cem me - am.

Ps. Di-li-gam te do-mi-ne for - ti - tu - do me-a: * do - mi - nus fir - ma - men - tum me - um et re - fu - gi - um
me - um et li - be - ra - tor me - us. GP. Glo - ri - a pa - tri et fi - li - o et spi - ri - tu - i sanc - to *
si - cut e - rat in prin - ci - pi - o et nunc et sem - per: et in se - cu - la se - cu - lo - rum. A - men.

Collects

From the Sunday after the octave of the Epiphany until Ash Wednesday five Collects (and hence five Secrets and five Postcommunions) are said: those of the day, of Our Lady (Deus qui salutis before Purification and Concede nos famulos afterwards), of All Saints, for the universal church, and for peace. All of these are printed below.

Oremus. Preces populi tui quesumus domine clementer exaudi, ut qui juste pro peccatis nostris affligimur: pro tui nominis gloria misericorditer liberemur, per dominum . . .

Either (before Purification):

Oremus. Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecunda humano genere premia prestitisti: tribue quesumus ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vite suspicere, dominum nostrum jesum christum filium tuum.

Or (after Purification):

Oremus. Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione, a presenti liberari tristitia, et eterna perfiri letitia.

Concede quesumus omnipotens deus: ut intercessio sante dei genitricis marie, sanctorumque omnium celestium virtutum, et beatorum patriarcharum, prophetarum, apostolorum, evangelistarum, martyrum, confessorum, atque virginum, et omnium electorum tuorum nos ubique letificet, ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus.

Ecclesie tue domine preces placatus admitte: ut destructis adversitatibus et erroribus universis, secura tibi serviat libertate.

Deus a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem, ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla, per dominum . . .

Epistle

Lectio epistole beati pauli apostoli: ad corinthios. Fratres: Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite: ut comprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit: ab omnibus se abstinet. Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipient: nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro: non quasi in incertum. Sic pugno: non quasi aerem verberans. Sed castigo corpus meum et in servitatem redigo: ne forte cum aliis predicaverim, ipse reprobus efficiar. Nolo autem vos ignorare fratres: quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari. Et omnes eandem escam spiritualem manducaverunt: et omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spirituali: consequenti eos petra. Petra autem: erat christus.

Gradual

R. Ad-ju - tor. * Ad-ju - tor in op-por-tu - ni - ta - ti - bus, in tri -
- bu - la - ti - o - - ne spe - rent in te qui no - ve - rint te:
quo-ni - am non de - re - lin - quis que - ren - tes te do - -
- mi - ne. V. Quo-ni - am non
in fi - nem ob - li - vi - o e - rit pau-pe - ris: pa - ti - en - ti - a pau - pe - rum
non per - i - bit in e - ter - - num: ex - ur - ge do - mi - ne